

ram, quod respicit futurum. Non ergo sunt contraria, arg. l. et si forte, §. vlt. ff. si servit. vend.

Tertio adduci solet tex. l. vlt. in fin. ff. de eo, quod certo loco. ubi creditor recipiēdo pecuniam sibi debitam, dicitur remississe penam. Ergo idem videtur dicendum in casu nostro. Verum respondetur ex sententia Alberici in d. l. 2. quod d. l. vlt. loquitur de vltis conventionalibus, quæ dicuntur accessoria ad formam ipsam principalem, & ideo creditor recipiēdo formam præsumitur remississe ipsas vltimas, ita d. l. vlt. declarat ibi Bart. num. 3. quem secuti sunt Aret. in cons. 9. col. 2. Soc. sen. in cons. 18. col. 2. l. b. 1. & alij plures, quos referat infra. Diversum est in pena legali, quæ remissa non præsumitur, vt statim dicemus.

Contrariam itaque sententiam, quod si dominus recipiēdo pensionem præteritam, non præsumatur remississe penam caducitatis, probant Bart. in d. l. 2. nu. 8. C. de iure emphyt. post Iaco. Butrig. ibidem, sic & Albericus, & alij nonnulli congesti à Iason in d. l. 2. nu. 124.

Primo adducitur tex. in l. colonus, ff. locati, ubi & dominus expellit colonum, & tñ agere is potest ad pensiones præteritas. Verum in d. l. præcipit in loco, d. l. colonus, loqui in simplici colono, qui nonquam amittit melioramenta, vt ibi dicitur, & declarat Paris. in consil. 79. num. 16. lib. 3. Tiraq. in tract. de retract. conuen. §. 7. gl. 1. nu. 16. & alij à me congesti in tract. de recup. possess. remed. 15. nu. 551. Diversum est in emphyteuta, qui non solum pensionem etiam ipsa melioramenta amittit.

Secundo itaque loco, & melius fulcitur opinio hæc textu l. si pro fure, §. 1. ff. de condit. furtiva, ubi ex receptione fortis principalis non præsumitur remissa pena legalis. Atqui hæc caducitatis pena fest à lege indicata, d. l. 1. C. de iure emphyt. Ergo dominus recipiēdo pensionem præteritam, non præsumitur remississe caducitatis huius penam. Nec repugnat quod inquit Iason in d. l. 2. nu. 124. d. l. si pro fure, §. 1. loqui, quando vno eodemque tempore nascitur actio pœnalis, & rei persecutoria, secus si diuersis temporibus, l. metum, §. sed licet, ff. quod met. causa. Nam respondetur d. §. sed licet, nõ probare Iasonis propositionem. Et præterea etiã in casu nostro vno eodemque tempore nascitur actio ad pensionis iam præterite collectionem, & ad declarandam caducitatem. Nec est obstat quod inquit Iason, quod cum emphyteuta possit purgare moram, mirum non est, quod dominus recipiēdo pensionem præteritam, præsumatur remississe caducitatem. Nam respondetur, dubiam admodum esse opinionem eorum, qui scripserunt emphyteutam posse purgare moram, sicuti permulti dixerunt, purgare non posse, vt refert Iason in d. l. 2. nu. 72. & idem censuerunt Afflic. in decis. 174. & Gozad. in cons. 57. nu. 18.

Præterea in casu nostro præsupponitur, quod non sit locus purgationi moræ, alioqui frustra disputaretur de caducitate, quæ nec expressim posset à domino declarari. Et postrema hæc opinio iure defendi potest, tametsi rigoris plena sit. In foro tamen, & à iudicij recepta opinione recedi non solet. Et quæ quidem procedit è contraria, nempe quando dominus iam expulit emphyteutam, quia tunc dicitur remississe pensionem. Ita Clarus in §. emphyteutis, q. 10. vers. quarto nunc.

Extenditur prædicta cõs opinio primò, vt locum etiã habeat in feudo, nempe quod si feudi dominus directus recipit pensionem præteritam, præsumitur remississe penam caducitatis vasallo. Ita in specie respondit Dec. in cons. 138. nu. 6. quem secutus sum in cons. 375. nu. 12. lib. 4. quo loci adduxi simile ex Baldo, quod si dominus feudi recipit debita servitia à vasallo, qui omiserat debito tempore petere inuestituram, præsumitur ei remississe caducitatem. Rosental. vbi supra nume. 3. & 4.

Extenditur secundò, vt locum habeat hæc opinio etiã eo casu, quo causata fuit caducitas alia de causa, quam non ob solutam pensionem, vt puta si emphyteuta, & va-

fallus in consulto domino alienasset emphyteusim, vel feudum, Nam & hoc casu recipiente domino pensiones præteriti temporis, præsumitur remississe caducitatem. Ita respondi in d. cons. 355. nu. 12. post Curt. seniore, quem allegaui.

Extenditur tertio vt procedat, etiam quando dominus petijt pensionem, licet adhuc non receperit. Nam sola ipsa petitione æquè sibi præiudicat, ac si solutionem recepisset. Ita Alber. in l. 2. nu. 6. & ibid. nu. 126. vers. secundò quarto, C. de iure emphyt. & Sal. in l. commissoria, in fi. C. de pact. inter emp. & vend. Calc. in cons. 22. nu. 5. Tiraq. de retractu conuen. §. 1. gl. 2. nu. 94. qui idem esse dixit, in domino requirente vasallum præstatæ fidelitate. Ceterum dissentit Spec. quem vltus est sequi Aurelius Corbulus in tract. de iure emphyt. in tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, l. i. nu. 10. & si deinde cogitandum relinquat.

Declaratur primò non habere locum, quando dominus ita recipit pensionem pro aliquo tempore præterito vt adhuc remaneat triennium, vel biennium, in quo non reperitur solutus canon, & adhibita est protestatio, saluo iure caducitatis, Ita Butr. & Imol. in c. potuit, de locat. ille n. 19. ille n. 39. Alex. in cons. 195. nu. 13. lib. 5. Soc. sen. in cons. 167. nu. 10. lib. 2. Iason in d. l. 2. nu. 124. vers. item in quantum Bar. C. de iure emphyt. & in l. post moram, n. 4. ff. de eo quod certo loco. Iulius Clarus in §. emphyteutis, q. 10. in prin. & Aurelius Corbulus in tract. de iure emphyt. in tit. de causa priuationis ob non solutum canonem l. i. nu. 23. vers. vel nisi dominus recipiat.

Declaratur secundò, vt non habeat locum, quando emphyteuta consentiret protestationi domini directi. Nam tunc non diceretur remissa caducitas. Ita Imola in d. c. potius, num. 39. Iason in d. l. 2. nu. 129. Ruin. in cons. 151. nu. 12. lib. 1. Rubeus in l. non solum, §. morte, nu. 260. in fi. ff. de oper. noui nunc. & Corbulus in dicta l. i. nu. 4.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando dominus ipse ignoravit causatam fuisse caducitatem. Nam tunc recipiēdo præteritas pensiones, non dicitur remississe ipsam caducitatem. Ita post Speculatorem, Butrium, Imolam, & alios scripserunt Alex. in cons. 105. nu. 14. lib. 3. in cons. 113. nu. 2. lib. 4. in cons. 13. nu. 22. lib. 5. Iason in d. l. 2. nu. 130. vers. prædicta omnia, C. de iure emphyt. Ruin. in cons. 70. nu. 14. lib. 5. Dec. in cons. 452. nu. 26. & in cons. 530. nu. 12. Tiraquel. de retractu consanguinit. §. 1. glof. 10. nu. 22. & communem testatur Gratus in cons. 2. nu. 75. l. i. & alios nonnullos recenset Corbulus in tractatu de iure emphyteutico, in tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, l. i. nu. 14. Et idem sensit Afflic. in decis. 129. nu. 9. qui fortius dixit, scientiam procuratoris, quod causata sit caducitas, non sufficere, vt dominus sciuisse dicatur. Et accedit etiam Chassanæus in cons. 11. nu. 95. sic & Rosenthalus in tract. de feudis ca. 6. concl. 61. nu. 4. vbi. num. 8. idem esse dicit quando dominus est ætate minor.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quò non ipse dominus, sed generalis eius procurator recipit pensionem ab ipso emphyteuta post causatam caducitatem. Nã tunc remissa illa non cõsetur. Ita Ruin. in cons. 100. nu. 10. lib. 5. Affl. in decis. 129. nu. 10. & 11. Beron. in consil. 116. nu. 10. lib. 1. Paris. in cons. 86. nu. 17. lib. 4. & Aurelius Corbulus in d. l. i. nu. 18. & quidè ea est solida ratio, quò dominus ipse constituendo generalis procuratorem est ad recipiēdu pensiones, non præsumitur ei dedisse facultatè remittendi ius caducitatis, vxtal. quicumq. §. i. c. si in stitor ff. de instit. act. què dixit singularem Rom. in sing. 629. Constitutio & cõfert lex 1. §. i. gigitur prepof. ff. de exercit. act. vbi ppositus ad recipiēdu pensiones, & pecunias dñi non censetur admissus ad consentiēdu alienationi rei dñi. Nec ad iudicandū domino, l. creditor, §. Lucius,

§. Lucius, ff. mandati. Et procurator generalis non potest donare res domini, l. cõtra iuris, §. vlt. ff. de pactis, & scribitur Bart. in l. si procurator, ff. de condit. in debiet. Bald. in l. nec ambigi, C. de donationib. & Iason in d. l. cõtra iuris, §. vlt. nu. 7. Imò (quod fortius est) procurator constitutus ad recipiēdu solutionem, non potest prorogare terminum, l. qui Romæ, §. Callimachus, de ver. oblig. & scripsit Bald. in l. non abstulit, C. de nouat. Nec repugnat quod ab hac opinione, & declaratione dissentiant Dec. in cons. 138. col. pen. vers. 3. etiam, & c. què in prima horum Commentariorum editione fecatus sum. Cornan. col. 187. col. 2. vers. circa secundum, lib. 1. & manifestus Modernus Parisiensis dicitur ei concessisse solita, & consuetæ concedi, l. vel vniuersorum, ff. de pign. actio. l. Titianus, ff. quod eum eo, & l. qui sensisses, in fi. ff. de vltis. & tradunt post alios Dec. in l. certi conditio, §. si nummos, ff. si eert. petat. Cum ergo (inquit is Modernus) consueuerint domini directi facile remittere caducitates emphyteutis, eeleriter, & voluntarie sine lite soluentibus, dicendum est, dominum directum procuratori generali dedisse hæc facultatem remittendi ipsam caducitatem. Quæ sanè ratio verà non est. Non enim spectanda est consuetudo aliorum dominorum, sed illius particularis, qui procuratorem constituit, vt loquuntur dicitur l. vel vniuersorum, & l. Titianus, & ita in specie declarant, sic dicimus declarationem dubia voluntatis testatoris esse petendam à consuetudine ipsiusmet testatoris primam, si quæ extat, l. seruis plurium, §. vlt. de leg. 1. & diximus supra lib. 1. q. 1. & accedit præterea quod consuetudo illa remittendi caducitates iure non præsumitur, tum quia facti est, vt scripsi in libro præcedenti, præsumpt. 8. tum quia non præsumitur iuris proprii remissio, & donatio, l. cõ de indebito, in prin. ff. de probat. & dixi supra in præsum. 3. nu. 1. Non etiam vrget illa consideratio, seu simile relatum à Decio in d. cons. 138. col. penul. vers. 3. etiam, cum dixit, Prælatus ecclesiæ nõ col- legiatæ qui dicitur generalis procurator, & administrator bonorù ecclesiæ, recipiēdo pensiones, non adhibita protestatione censeri remississe caducitatem, sicuti scripserunt gl. Cardinal. & Anch. in d. c. potuit, de locato. Signor. in cons. 153. Petrus inuestiuit, in prin. ff. Alex. in consil. 14. num. 1. lib. 2. Iason in l. 2. num. 136. C. de iure emphyt. & alios quamplures recenset Aurelius Corbulus in d. l. i. nu. 23. numer. 5. nam respondet, Prælatus ecclesiæ non collegiatæ esse legitimum procuratorem ipsius ecclesiæ, & ob id posse remittere caducitatem, sicuti potest pater legitimus procurator filij, vt in specie respondit Socin. sen. in cons. 66. nu. 20. lib. 3. & cum remittere caducitatem, non sit propriè remittere ius quæsitum, sed quærendum, ex quo requiritur domini declaratio, prælatus ipse præiudicare potest ecclesiæ: sicuti multis probatum in consil. 73. numer. 5. q. 9. & 10. libro 1. Hæc verò remissa non sunt procuratori generali, & propterea argumentum ab vno ad aliud sumi non potest. Et hæc quidè declaratio locum habet multo magis, quando dominus iam protestatus est, ignorante etiam procuratore, velle rem ipsam incidisse in commissum. Ita Affl. in d. decis. 129. nu. 1. vers. & tanto magis. Et idem sensit Moder. Paris. in d. §. 62. nu. 13. qui idem esse dixit, quòdo iam procurator mouit litem contra emphyteutam, qui recu- sauerat præstare pensionem. Ceterum declaratio hæc cessat, quando dominus scienter receptionem pensionis à procuratore factam ratificauit, sicuti responderunt Ruin. in cons. 151. nu. 12. vers. & in super, lib. 1. Dec. in cons. 329. nu. 3. & Rim. iun. in cons. 22. nu. 1. lib. 1. & hoc fecutus est Corbulus in d. l. i. nu. 17. in fin.

Secundus est casus principalis, quando dominus recepit pensionem præteriti temporis, adhibita protestatione, saluum sibi esse declarandi caducitatem. Hoc in casu recepta est penè omnium sententia, non esse remissam caducitatem. Ita Bald. in l. 2. ff. si quis caut. vbi Iason. 3. & 4. & idem Iason in l. vlt. nu. 4. ff. de eo quod certo loco. Cur. sen. in cons. 82. ad fi. Ripa in c. cum M. Ferrarien. nu. 129. de constit. Boer. in q. 309. nu. 5. in fi. & eorum munem, ac indubitata dicit Iul. Clar. in §. emphyt. q. 10. in prin. Et hæc quidem sententia retinenda est, tametsi Guad. Pa. præ. in q. 172. secutus Pet. Papæ, affirmet secundum contrariam opinionem fuisse iudicatum, quod scilicet pena caducitatis adhuc censetur remissa non obstante protestatione, qui nil prodesse scriptum reliquerunt. Et hic quidè casus locum habet eontrario, quòdo scilicet dominus expulit emphyteutam, adhibita protestatione saluum sibi iure consequendi pensiones præteritas. Ita Boer. in d. q. 309. & Clar. in d. §. emphyteutis, q. 10. vers. quarto nunc.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando si protestationi factæ à domino non cõsensit, sed expressè contradixit emphyteuta. Nam tunc censetur remissa caducitas. Ita manifestè respondit Curt. sen. in cons. 82. col. 1. vers. tertio principaliter, qui huius opinionis recenset Baldum, & Imolam, & Pius in cons. 80. num. 8. & 9. & Rosental. vbi supra num. 7.

Tertius est casus, quando dominus recipit pensionem pro futuro tempore, post incurtam, ac declaratam caducitatem, nulla adhibita protestatione. Hoc sanè casu nemo est, qui neget, remissam præsumi, dicitque caducitatem, & carere dubitatione dixit Iulius Clarus in d. §. emphyteutis, q. 10. vers. aut vero sumus in dubio. Nam à fortiori permulti Doct. quos statim referam, affirmant remissam censeri caducitatem, etiam si Dominus adhibuit protestationem, saluum sibi esse ius ipsius caducitatis.

Quartus est casus, quò dominus recepit pensionem pro futuro tempore, hoc est post incurtam, ac etiã (vt diximus) declaratam caducitatem, adhibita protestatione prædicta, cui quidè protestationi cõsensit emphyteuta. Hoc casu non censetur remissa caducitas. Ita manifestè Ripa in c. cum M. Ferrarien. num. 130. vers. primus casus, de constit. idem sensit Ruin. in consil. 151. nu. 12. lib. 1. Ea ratione motus est Ripa, quia est protestatio hæc sit (vt mox dicemus) contraria factio, attamen possunt partes ipse voluntatem suam tacitam vno modo à facto demonstratam, contraria verborum declaratione aliter declarare, ca. diaconi, 28. dist. Et hoc in casu locum habere potest opinio Bar. quam referam infra in vlt. casu. Non ignoro tamen ab hac traditione dissentire Rubeum in l. non solum, §. morte, nu. 290. in fin. de oper. noui nunc. sed leuia eius argumenta, ex iam dictis dissoluntur.

Quintus est casus, quando dominus recepit pensionem pro tempore futuro, adhibita protestatione, saluum sibi esse ius caducitatis, & illi protestationi expressè cõsensit emphyteuta. Hoc casu caducitas censetur remissa, non obstante illa protestatione, quæ nihil valet, cū tollatur per expressam contrariam protestationem, & cõtradictionem emphyteutæ. Ita in specie docuit Ripa in d. c. cum M. Ferrarien. num. 130. vers. secundus casus, de constit. & idem respondit Ruin. in cons. 151. nu. 12. vers. nec obstat, lib. 1. idem sensit Rim. sen. in cons. 429. nu. 49. lib. 3. Rosental. vbi supra.

Sextus, & vltimus est casus, quò dominus recepit pensionem pro futuro, hoc est pro tempore decurso post commissam caducitatem, adhibita protestatione saluum sibi esse ius caducitatis, & ipse emphyteuta tacuit, atque ita quò sumus in dubio. Hoc in casu recepta est opinio, ius caducitatis, censeri remissum non obstante illa protestatione, quæ nihil operatur, etsi expressim non contradixit emphyteuta. Ita multi congesti à Iason in l. 2. in princ. nu. 4. ff. si quis cautio. & in l. 2. nu. 124. vers. item in quan-



rum Bar. C. de iure emphy. Et illis accedunt Aret. in cō-  
 sil. 35. in fine. Alex. in conf. 14. col. penult. ver. confirma-  
 tur, lib. 2. Cur. sen. in conf. 82. col. 1. ver. secundo prin-  
 cipaliter. R. in sen. in conf. 429. nu. 48. lib. 3. Ruin. in  
 conf. 10. nu. 4. & in conf. 15. nu. 2. lib. 1. qui testatur  
 hanc esse communem opinionem. Boer. in q. 309. nu. 6.  
 qui affirmat sic seruari in illo amplissimo parlamento  
 Burdegalensi Ripa in d. c. cum M. Ferrariensis, nu. 130.  
 ver. tertius casus, de constit. Cigas in tract. de pensioni-  
 bus, quæst. 73. in fine, & Julius Clarus in S. emphyteusis,  
 quæstio. 10. ver. hoc tamen intellige, qui ita fuisse iudicatum  
 asserit. Eandem probant Rubens in l. non solum, S. morte, nu. 290. ff. de operis nomi. nunci. Auctus  
 Corbulas in tract. de iure emphyteutico, in tit. de causa  
 priuationis ob non solum canonem, declaratione 2. r.  
 num. 2. Mascardus in tractatu de probationibus, concl.  
 252. num. 2. & num. 9.

Et primo quidem videtur sententia hæc illa rōne, q̄  
 23 † protestatio contraria facta nihil operatur, ea. cum M.  
 Ferrariensis, de constit. Atque hæc protestatio est contra-  
 ria facta, quia recipiendo pensionem pro futuro tempo-  
 re, declarat ipse dñs velle habere illum in emphyteutam,  
 protestando vero dicit contrarium. Ergo protestatio nil  
 operatur. Nec hic repugnat consideratio Ripa in d. c. cū  
 M. Ferrariensis, num. 130. ver. tertius casus, cum dixit,  
 hæc duo, expellere emphyteutam, & recipere pensionē,  
 esse contraria, sed tamen hæc duo, velle esse saluum ius  
 expellendi, & recipere pensionem pro futuro, non esse  
 pugnantia. Nam (inquit Rip.) elapso tpe, pro quo domi-  
 nus recipit pensionem, non poterit expellere emphyteu-  
 tam quia non faciet actum contrarium receptioni, cum  
 illius effectus iā sit consummatus. Et ideo (inquit Rip.)  
 durante tempore solutionis iam factæ, non poterit ex-  
 pellere emphyteuta, ita locum habet prædicta communis  
 opinio, finito vero tempore poterit expelli: Et ita pro-  
 cedit opinio Barto, & idem fecit sentit Cephal. in confil.  
 222. num. 12. iuncto num. 25. lib. 2. Hæc sanè considera-  
 tio Ripa non obstat, cum ad rem nostram non faciat.  
 Nam Ripa loquitur, quando dominus recepit pensionē  
 pro tempore futuro, & protestatus est saluum esse ius ca-  
 ducitatis, & expellendi in futurum, ob non solum pen-  
 sionem futuri temporis. Ita intelligit Ripa hanc Doctō-  
 rum disceptationem, id quod falsum est. Cum verius sit,  
 loqui Doctores, quando dominus recepit pensionē pro  
 futuro, an præsumatur remissio ius declarandæ caduci-  
 tatis ob non solum pensionem præteriti temporis? Et  
 dicunt ipsi Doctores, dici remissam caducitatem, Nam  
 24 † recipiendo pensionem pro futuro, confirmat emphy-  
 teutam in sua emphyteusi, quem si posset expellere, face-  
 ret actum contrarium. Ita declarat Ruin. in d. conf. 10.  
 n. 4. l. 1. Est rectè considerentur verba Bar. in d. l. 2. n. 8.  
 idem ipse sentit, dum proposuit quæstionem, quādo reci-  
 piēs solutionem præteriti temporis, possit expellere em-  
 phyteutam ob iam commissam contumaciam: deinde  
 subiungit, secus si recipiat pensionem futuri temporis,  
 quia videtur remissio ius caducitatis.

Secundo præter duo Iasonis argumenta, quæ parum  
 ad rem hanc pertinent, ea ratione moneor, quæ etiā mo-  
 tus est Ruin. in conf. 10. nu. 4. lib. 1. quod sicuti per se-  
 25 cundam interpellationem præsumitur recessum ab esse  
 tu prima, & remissam moram præcedentis interpella-  
 tionis, vt tradit glossa, quæ secutus est ibi Bar. in l. Acmi-  
 lius, in verbo, dicebā, ff. de min. 25. annis. Eadem ratione  
 cum dominus recepit pensionem futuri temporis, decla-  
 rat se remittere præcedentem contumaciam, & penam.  
 Non obstant nunc rationes, & argumenta, quæ asser-  
 ri solent pro contraria opinione Bart. in d. l. 2. n. 8. in fine  
 C. de iure emphy.

Primo enim adducitur argumentum, quod hæc pro-  
 testatio est iuris conseruatoria, & qui tacet consentire

dicitur, l. si debitor, S. i. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. so-  
 lu. Respondetur etiam dicitis, quod et si sit conseruatoria,  
 attamen est contraria facta, ob id non valet.

Secundo videtur videtur ex a. auth. qui rem. C. de sa-  
 cro sanct. eccl. vbi re emphyteutica, vel feudali ad domi-  
 num reuera, tenetur adhuc va fallus solueret pensionem  
 pro futuro tempore, & e contra, quando dominus recep-  
 pit pro futuro ipso tempore, nõ dicitur sibi præiudicasse  
 pro præterito. Verum respondetur d. a. hen. qui rem,  
 26 loqui in emphyteuta ecclesiæ, f. cui nõquam dicitur rem-  
 missa caducitas, vt scribunt Doct. in d. c. potuit, de loca-  
 to. & manifestè Julius Clarus in S. emphyteusis, q. 10.  
 ver. quæto nõc, & c. qui dixit, esse speciale favore eccle-  
 siæ, vt consequatur vtrumque. Præterea & secundo re-  
 spondetur, sic eo in casu d. a. hen. qui rem, fuisse sancitū,  
 quia contractus fuerat minus rectè, minusque solemniter  
 confectus, & propterea in penam illius sic occupan-  
 tis rem ecclesiæ, compellitur præstare etiam pensiones  
 pro futuro tempore. Ita post Aretinum in l. si rem, ff. de  
 acquir. poss. & alios tradit Boer. in q. 309. n. 6. & ibi n. 5.  
 recenfer gl. in d. a. hen. qui rem, affirmantem illam proce-  
 dere quoad præteritas, non autem quo ad futuras pensio-  
 nes. Id quod scripserunt A. chid. & alij in ca. qui rem. 10.  
 quæst. 3.

Tertio videtur suffragari tex. l. quamuis, C. de pig. vbi  
 27 per electionem generalis f. hypothecæ non tollitur spe-  
 cialis, sicuti nec per adionem hypothecariam in iudi-  
 cio deductam tollitur personalis, l. aduersus, C. de pig.  
 & hypothec. & l. hypothecis, Co. de distr. pign. Ita &  
 nostro in casu dicendum videtur, quod per pensionis re-  
 ceptionem non censetur sublatū ius declarandi caduci-  
 tate, cum sit aliud beneficiū domino à lege concessum.

Ceterum respondetur d. l. quamuis, & d. l. aduersus,  
 loqui in re hypothecata, sine ratione redditus, pro qua  
 duo diuersa remedia à lege concessa sunt, ob id vno sub-  
 lato, remanet alterum. Ita declarat Boer. in q. 309. n. 6.  
 ver. nec pariter, qui plura ad rem scribit.

Quarto, & vltimo ad rem videtur facere, quod in du-  
 28 bio quis non dicitur ius f. suum remissio. Dec. in l. post-  
 quam liti, n. 15. Co. de pacis. & latius in Tiraguel. in l. si  
 vnquam, in verbo, donatione, n. 172. C. de reuoc. dona.  
 Si ergo iuris remissio non præsumitur in dubio, quanto  
 minus debet presumi, quādo adhibita fuit protestatio?  
 Verum respondetur, protestationem illam esse contra-  
 riam facta, atque ita preualet factum ipsum, quo tollitur  
 præsumptio illa, quæ sumitur in dubio, nen pe iuris re-  
 missionem non presumi.

Extenditur hic casus, vt locum habeat, etiam si decla-  
 rata caducitate, dominus ipse recepit iudicium cōtra em-  
 phyteutam, vt eum expelleret. Nam adhuc dominus re-  
 cipiendo pensiones decursas post declaratam ipsam ca-  
 ducitatem, & inchoatum iudicium, dicitur remissio ip-  
 sam caducitatis penam. Ita aduersus Cephalum in cō-  
 sil. 222. l. 2. receptū à Corbulo in tract. de iure emphyte.  
 in tit. de causa priuat. ob non solum canonem, declar. 2. r.  
 n. 3. respondit in conf. 775. reddito super emphyteusi cō-  
 cessa à D. Io. Iacobo Vicemala, vbi rationem, & argumē-  
 ta Cephal. confutauit. Prædicta omnia procedunt in pre-  
 iudicium domini tunc possessoris, non autem quo ad a-  
 gnatos, quibus si ius aliquod acquisitum est, non fit preiudicium.  
 Ita Rosenthallus de feud. c. 6. concl. 6. nu. 0.

Secundum est huius disputationis caput, e conuerso  
 ad præcedens, quādo, si dominus directi expulit emphy-  
 teutam ob non solum canonem, an præsumatur ei re-  
 missio pensiones iam decursas, vel eas potius petere ad-  
 huc possit? Hac in re sunt Doctōrum opiniones. Nam  
 multi opinati sunt dominum posse adhuc petere decur-  
 sas pensiones. Ita sanè scripserunt Cyn. & Iacob. de Aret.  
 in l. 2. C. de iure emphy. & manifestè ibidem Bart.  
 n. 8. ver. quæro quid si elapso termino. Ita etiam Salic.  
 Anchar.

Anchar. & Butrius, quos recenfer Iaf. in d. l. 2. num. 124.  
 ver. in quantum Bart. & Cagnol. in anthen. qui rem, n.  
 43. ver. f. & quoad. C. de sacrosan. eccl. Constatiam sen-  
 tentiam, quod imò decursas pensiones peti non possint,  
 probantur Accurs. Specula. Ioan. Andree, Belaisius, An-  
 gelus, & Cardinalis, quos recenfer, & sequitur Iafon pre-  
 citato in loco, & accedit Castren. in dicta auth. qui rem-  
 ea ratione ij mori sunt, quod dominus expellendo em-  
 phyteutam ob id dicitur ei remissio decursas pensiones,  
 q̄ iniquum, & absurdum sit, emphyteutam duplici pena  
 affici, contra eam si clerici, S. vl. de iud. nempe solutionis  
 pensionum, & amissionis melioramentorum, quæ verè  
 amittit expulsi ob non solum canonem. l. 2. C. de iure  
 emphy. & hanc secundam opinionem secutus sum in  
 d. confil. 775. & quam quidem sententiam existimo pro-  
 cedere, etiam quando dominus expellendo emphyteu-  
 tam protestatus est, saluum sibi ius esse consequendi de-  
 curfas pensiones, cum non sit in facultate sua duplici pe-  
 na afficere emphyteutam. Ita sentio aduersus Iafonem  
 in d. l. 2. num. 124. ver. quom. quid autem.

Tertium est caput huius disputationis, an per mortē  
 domini directi, vel emphyteutæ ante declaratam caduci-  
 tatem, quæ declarari iure potuit, præsumatur remissio ip-  
 sa caducitatis, & declarari, adhuc possit ab hæredib. do-  
 mini contra hæredes emphyteutæ? Hoc in capite sunt  
 distinguendi, atque constituendi duo casus:

Primus est, qñ decessit dominus directus, non decla-  
 rata caducitate. Hoc sanè casu eius hæredes declarare  
 eam non poterunt, cū ab ipso domino iam remissa præ-  
 sumatur. Ita in specie emphyteusis respondit Ruin. in  
 conf. 159. n. 13. lib. 1. & idem tradunt Curt. iun. in tract.  
 feudorum, in 4. par. prin. col. vl. ver. iud. in emphyteu-  
 si, Castad. in dec. 3. tit. de locato, alios refert Aurel. Cor-  
 bul. tract. de iure emph. in tit. de causa priuat. ob nõ sol.  
 canonem, ampliat. vl. n. 25. & hos secutus sum in conf.  
 155. n. 17. lib. 2. & in conf. 775. l. 7. & idè dicimus in do-  
 mino directo feudi, qui si decessit, non declarata caduci-  
 tate feudi contra va fallum, ab eius hæredibus declarari  
 amplius non potest, cum remissa præsumatur. sic sanè  
 scripserunt Bal. in l. 1. q. 30. ff. de rerum diuis. & in c. 1. §.  
 porrò, quæ sit prima causa benef. amitten. Aluar. in c. im-  
 periale, §. in super, col. 3. ver. ff. aduerte. de prohib. feu-  
 di alien. per Feder. Aret. in conf. 14. in fi. Alex. in cōf. 189.  
 n. 2. lib. 6. lac. à S. Georgio, in inuestitura feudali, in ver-  
 bo dictiq. va falli, n. 54. ver. vos tenebitis. Ruin. in conf.  
 159. n. 53. lib. 1. & in conf. 155. n. 1. lib. 3. Soc. sen. in conf.  
 66. nu. 19. lib. 3. Castador. in decif. 2. nu. 7. & in decif. 3.  
 in tit. de locato. Boer. in q. 338. nu. 7. in fi. Ber. in conf.  
 98. n. 35. lib. 1. & alios refert Ant. Gabr. in lib. 7. concl. in  
 tit. de criminalib. concl. 35. n. 7. & prædicti quidè Doct.  
 omnes intelligunt, & rectè, quando dominus ipse sciuit  
 causatam esse caducitatem, & eam declarare potuit, se-  
 cus si ignorauit, vel si sciuit, & non potuit. Et in specie  
 multos sic declarantes commemorat Gabr. in concl. 35.  
 n. 6. & post alios scribit Corbulus in tract. de iure emph.  
 amplia. vl. n. 25. qui nu. 26. subiungit, in dubio præsumi  
 dominum ignorasse causatam fuisse caducitatem. latifs.  
 Rosenthallus de feudis cap. 10. concl. 40.

Secundus est casus e conuerso ad præcedentem, qñ, si  
 decessit emphyteuta, superstitè dño directo, qui eo em-  
 phyteuta viuentē non declarauit ipsam caducitatem.  
 Hoc etiam casu dominus ipse eam declarare amplius nõ  
 poterit contra hæredes ipsius emphyteutæ. Ita gl. in ca.  
 vl. de don. & ibid. Cardinalis Zabarel. q. 15. qui idem  
 esse dixit in domino feudi contra hæredes va falli, sic &  
 Io. And. in addit. ad Spec. in ti. de feudis, §. vl. Abbas in  
 conf. 3. num. 7. lib. 2. Aret. in conf. 14. circa fi. Præpos. in  
 d. §. in super, col. 1. ver. sed tu aduerte. Comen. in confil.  
 164. Prælat. Ruin. in cōf. 10. in conf. 35. num. 28. & in  
 conf. 159. num. 12. & in conf. 186. num. 20. lib. 1. Cassa-

dorus in dec. 2. in tit. de locato, qui testatur ita iudicasse  
 Rotam Romanam Curt. iun. in tract. feudorum, in 4. p.  
 princ. q. vl. Ripa in l. vl. C. de reuoc. donatio. Ber. in c.  
 potuit, num. 70. de locato, & in conf. 98. num. 27. lib. 1.  
 Corbul. in d. tract. de iure emphyte. in tit. de causa priua-  
 tionis ob non solum canonem, ampliat. vl. nu. 22. Anto.  
 Gabr. in d. 7. conclus. in tit. de criminalib. conclus. 35. nu.  
 2. & 3. & hos secutus sum in conf. 155. nu. 17. lib. 2. & in  
 d. confil. 775. lib. 8. & accedunt alij quamplurimi, quos  
 refert Rosenthallus in cap. 10. concl. 40. num. 1. ibi in  
 apostill. A. qui latissime extendit, & declarat, & hoc in  
 casu non fit illa distinctio, an dominus sciuerit, vel igno-  
 rauit, sicuti post Comen. in d. conf. 164. man. ifestè de-  
 clarat Ruin. in dictis conf. 5. in conf. 159. num. 13. & in  
 conf. 168. num. 20. lib. 1. & Corbulus in d. ampliat. vl.  
 nu. 25. & huius quidem casus ea est ratio, quia pena hu-  
 ius delicti inobedientie, & non obseruatæ promissionis,  
 in non præstanda pensione, non transit contra hæredes  
 inobedientis emphyteutæ, vel va falli.

Extenditur primò, hiccasus, vt locum habeat etiam  
 quando pacto expresse fuisse conuentum inter domi-  
 num, & emphyteutam, vel va fallum, quod si canonem,  
 vel debitum seruitium non præstitisset caderet à cōmo-  
 do emphyteusis, vel feudi. Ita Imol. in cap. vl. col. 13. de  
 don. Curt. iun. in tract. feud. in 4. part. princ. col. penult.  
 ver. fic. aliud tamen est, qui dixit Bald. in d. l. vl. C. de re-  
 uoc. donat. idem sensisse. Idem docuit Rip. in d. l. vl. col.  
 vl. num. 237. ver. fic. 2. intellige, & idem sensisse Cassado-  
 rus in decif. 2. num. 3. & apertius in decif. 3. num. 5. titul.  
 de locato. Et hæc quidem opinio verior est illa Baldi in  
 cap. Imperialem, §. in super, num. 7. ver. vel esset alia sel-  
 lonia, de prohib. feudi alienat. vl. ver. iud. in emphyteu-  
 si, Ant. Gabr. in dicta conclus. 35. num. 14. qui eiusdem  
 opinionis malè recenfer Innocentium, & Cardinalem in  
 c. vl. de donat. cum loquantur de herede donatoris, sic-  
 que eius, qui concessit, vt is declarare non possit caduci-  
 tatem conuentionalem non declaratam à suo antecessore.  
 Non aut loquantur de herede eius, cui facta fuit cō-  
 cessione. Salic. verò ab eodem Gabriele allegatus, nil ad  
 rem nostram scripsit. & præterea Bald. in d. ca. in super,  
 nu. 7. in fin. loquitur, quando pactum fuit factum, quod  
 va fallus, vel emphyteuta cadat ipso iure, sicuti Baldum  
 intellexerunt Aluarot. in d. §. in super, num. 4. in fin. ver.  
 ex quo infert. & ibidem apertius Affl. nu. 15. & in fi. Ab-  
 bas in confil. 3. num. 7. ver. item potuit Bald. lib. 2. Imo  
 Affl. præcitato in loco in claris his terminis sentit ad-  
 uersus Baldum, requiri declarationem, qua nõ facta vi-  
 uente emphyteuta, vel va fallo, contra eius hæredes fie-  
 ri amplius non posse. Et idem quod Affl. scripserunt  
 Imola, Barbat. Iaf. & Ripa, quos recenfer Gabr. in dicta  
 concl. 35. num. 17. vbi nu. 16. refert alios, qui Baldi tra-  
 ditionem secuti sunt, & tandem num. 18. & 19. conatur  
 conciliare opiniones.

Creditorum recipiendo sortem, præsumi rem-  
 misse vsuras.

S V M M A R I V M.

1 Debitum principale recipiens, interesse præsumitur remittere.  
 2 Sortem recipiens, penam censetur remississe.

P R A E S V M P T. CXIII.

CVM vno attigerim verbo superiore præsumptio-  
 ne, creditorem recipiendo sortem præsumi remitte-  
 re vsuras, placuit hoc in loco hanc ipsam traditionem  
 comprobare post glo. & Bart. in l. vl. ff. de eo quod cer-  
 to loco auctoritate Aretini in conf. 9. col. 2. Socin. sen. in  
 conf. 18. col. 1. lib. 1. Ruin. in conf. 198. nu. 2. & num. 11.  
 Tomus Primus, Gg 3 lib. 1.